UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Breuiarius Moguntiu[m]

[Straßburg], [ca. 1500]

Lect[i]o ij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-31634

Visual Library

ſuperius deuz patrem laudās
dixerat: Abſcondiſti hec a ſa-
pientibus et prudentib[us] ⁊ re-
uelaſti ea paruulis Tu autē.
Nec dicit dn̄s deus Capl.
Honora patrem tuum ⁊ ma-
trem tuam vt ſis longeuus ſu-
per terram quam domin[us] d[eu]s
tuus dabit tibi. Deo. Super
bened. añ. Audite et intelligi-
te traditiones quas domin[us]
dedit vobis. Collecta.
Preſta nobis q̄s dn̄e vt ſa-
lutaribus ieiunijs eruditi: a
noxijs quoqz vitijs abſtinen-
tes propiciationem tuam fa-
cilius impetremus Per Su
Concede q̄s per populum
om̄ps deus vt qui protectōis
tue gratiam querimus libera-
ti a malis om̄ibus ſecura tibi
mente ſeruiamus. Sup mag
nificat añ. Om̄is plantatio
quā nō plātauit pater meus
celeſtis eradicabitur dicit do-
minus. Feria quinta Lcō I.
Aliud quoqz vidit ſom-
nium quod narrans fra-
tribus ait Uidi p[er] ſomnium
quaſi ſolem et lunam ⁊ ſtellas
vndecim adorare me. Quod
cum patri ſuo et fratrib[us] retu-
liſſet increpauit eum pr̄ ſuus
⁊ dixit: quid ſibi vult hoc ſom-
nium quod vidiſti. Nū ego ⁊
mr̄ tua ⁊ frēs tui adorabim[us]
te ſup terrā Tu aūt. Lectō ij.
Inuidebant ei igitur frēs ſui
pater vero rem tacitus conſi-
derabat. Cumqz fratres illi[us]
in paſcendis gregibus patris
morarentur in ſychem Dixit
ad eum iſrael Fratres tui pa-
ſcunt oues in ſychimis: veni
mittam te ad eos Quo reſpō-
dente preſto ſum ait Uade ⁊
vide ſi cūcta pſpera ſint erga
fratres tuos ⁊ pecora ⁊ renū-
cia mihi quid agatur Tu au.
Miſſus de valle Lectō iij.
hebron venit in ſychem. In-
uenitqz eum vir errantem in
agro: ⁊ interrogauit quid q̄re-
ret. At ille rn̄dit Fratres me-
os quero indica mihi vbi pa-
ſcant greges. Dixitqz ei vir.
Receſſerūt de loco iſto Audi-
ui autē eos dicentes Eamus
in dothaim. Tu aūt domine.
Nec dicit dn̄s exercitu Ca.
um d[eu]s iſrael: Bonas facite vi-
as veſtras ⁊ ſtudia veſtra: et
habitabo vobiſcū in loco iſto
Deo. Sup bened añ. Cū ſol
aūt occidiſſet om̄es qui habe-
bant infirmos varijs languo-
rib[us] ducebant illos ad ieſum
Concede Collcā ⁊ curabant
q̄s om̄ps d[eu]s: vt ieiunior[um] nob
ſcā deuotio ⁊ purificationē tri-
buat ⁊ maieſtati tue nos red-
dat acceptos Per. Sup p[o]p[ulum]
Subiectū tibi populū q̄s
dn̄e propiciatio celeſtis ampli-
cet ⁊ tuis ſp faciat ſeruire man-
datis. Sup mag. Om̄es q̄